



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XIII. De falsis inscriptionibus apud Gratianum, & de fragmentis quibusdam
Conciliorum & epistularum pontificiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

DE FALSIS INSCRIPTIONIBUS
apud Gratianum, & de fragmentis quibusdam Conciliorum & epistularum pontificiarum.

Dialogus decimustertius.

C. ET libros Conciliorum attulimus Gratiani & Burchardi & aliorum, jusseras. Tempus est ut de falsis inscriptionibus & de fragmentis quod promiseras expleres. Sed principio scire velim quænam hæc fragmenta, & qua auctoritate collecta sunt.

A. Fragmenta de quibus acturi sumus ea sunt quæ in tribus Coloniensibus editionibus Conciliorum post singula Concilia & post singulorum Pontificum epistulas conscripta sunt. Ea nulla publica collecta sunt auctoritate; sed ex Ivonis Panormia & Gratiano & aliis incerti nominis libris privato consilio collector posuit, ut lectores juvaret, ne qua desideraretur quod alicubi illius Concilij Pontificis nomine scriptum esse apparetur.

B. Incerti nominis libros appellas, opinor volumina illa Decretorum quinque, trium & sexdecim librorum, quos Colonienses referunt.

A. Ita est ut existimas.

B. Cùm incerti sint, carent auctoritate.

A. Quid si fragmenta essent Burchardi aut Ivonis, quam auctoritate fungerentur?

B. Qua Gratiani & ceteri qui tot acervos decretorum & ceterorum

nonum collegerunt, nihil pænè ex ipsis fontibus haurientes. A. Multa ex his inveni apud Burchardum, ut mox dicemus. Nunc ordinem temporum & horum librorum sequentes, de singulis videamus. Post Clementis Papæ epistulas fragmentum editum est à Gratiano sumptum *a*, cujus initium est: *Sacerdotum aliorumque Clericorum*. Non Clementis est, sed Eugenij minoris in synodo Romana cap. xxxiii. (1) Post Anacleti epistulas id fragmentum cujus initium est *Iuxta sanctorum patrum*, non Anacleti est, sed Zachariæ in synodo Romana cap. i v. Gratianus *b* Anacleto & Zachariæ tribuit. (2) Post Pij epistulas plura fragmenta sunt, quorum aliqua suis dominis restituemus. Juliani Antecessoris est Novellæ lxxvii. fragmentum, cujus initium est *Si quis per capillum*; licèt Burchardus *c*, Ivo *d*, Anselmus *e*, & Gratianus *f*, & liber Tarraconensis *g* Pio adscribant. Ivo tamen utrique tribuit *h*. (3) Ex Concilio Toletano xi. cap. xiiii. est fragmentum cujus initium est *Communiter definimus*; licèt Burchardus *i* & Ivo *k*, & Gratianus *l* Pij esse scribant. (4) Aliud, cujus initium *Ut de oblationibus* ex codice quinque librorum sumptum, Concilij Nannetensis est capite ix. licèt Pio adscripserint Burchardus *m*, Ivo *n*, & Anselmus *o*. & Hispalensi Concilio liber Cæsaraugustanus lib. xi. cap. xxv. Quòd verò extremo loco refertur *Petistis per Hilarium &c.* Gregorij est libro i. epist. lxxv. & hujus pars est aliud fragmentum cujus initium *Consue-*

a De consecrat. d. 2. c. 30
Sacerdotum.

b Dist. 93. c. 4.
Iuxta.

c Burch. li. 12
c. 15.

d Ivo par. 12.
c. 72. decret.

e Anf. lib. 11.
c. 66.

f 22. q. 1. c. 10
Si quis.

g Tarr. lib. 1.
c. 242.

h Ivo d. c. 72.
& c. 32. e.
partis.

i Burch. lib. 32.
c. 72.

k Ivo par. 2.
c. 125.

l Dist. 33. c. 30
Communiter

m Burch. lib. 5.
c. 27. & 28.

n Ivo par. 2.
c. 37. dec.
o Anf. lib. 7.
c. ult.



tudinem laudamus. Utrumque Pio adscribunt Burchardus *p* & Ivo *q*. Sed Gratianus altero prætermissio, alterum Augustino adscribit ad Casulanum Presbyterum. Non fingit hoc Democharem. (5) C. Habeo illa quæ me efficient cautiorem ut non facile eadem habeam Gratiano aut ceteris dicentibus hæc Pij esse, illa Anacleti, alia Clementis aut aliorum. Sed nunquam putassém eodem morbo affectos Burchardum, Ivonem, & ceteros antiquiores. Illud etiam fieri potest credebam, ut id quidem quod Pio aut ceteris adscribunt, in aliqua epistula sit quæ hodie non exstet. Et quamvis eadem verba in eandem sententiam apud alios inveniantur fieri potest ut posterior à priori hoc sumptur. B. Non tibi tot exemplis satis probatum est nihil hos collectores certi adferre. Plura vobis exempla referam. Soteris Papæ fragmentum, cujus initium est *Vt illud dicitur* ni, ex Concilio Toletano xi. est capit. xi. licet Burchardus *f* & Ivo *t* & Paleau Soter esse scribant. At Gratianus *x* rectè, ex Concilio Toletano xi. Ejusdem fragmenti præcipuum *Censuimus ergo convenire*, est ex Concilio Toletano vii. capite secundo. idque rectè est apud Burchardum *y* & Ivonem *z* & Gratianum *a*. malè in Conciliis. (6) Aliud fragmentum incipit: *In cœna Domini*. Id non Soteris est, sed Concilij Cabilonensis sectum sub Carolo capit. xvii. licet Burchardus & Ivo *c* & Gratianus *d* Soteri inscribant. Soteris nomine exstat in Capitularibus *e*. (7)

p Burch. lib. 3.
c. 124.
q Ivo lib. 2.
tit. 12. c. 21.
pan. & par. 4
c. 66. dec.
r Dist. 11. c. 6.
Consuetudinem.

f Burch. lib. 3.
c. 73.
t Ivo par. 2.
c. 126. decret.
u De consecr.
d. 1. ca. 57. U
illud.
x 7 q. 1. c. 15.
illud.
y Burch. d. lib.
3. c. 70.
z Ivo par. 2.
c. 124. decret.
& epist. 120.
ad Galerium
Belvacen.
a d. 9. 1. c. 16.
Nihil.
b Burch. lib. 5.
c. 20.
c Ivo par. 2.
c. 30. dec.
d De consecr.
d. 2. c. 17. In
cœna.
e Capit. lib.
7. c. 68. in ad-
dit.

Post
stat,
bus,
tiscon
Fabian
Post
cujus
tur ex
Corne
Corne
tium A
est, ut
Gratia
roli lib
Est au
mus in
nymo
Ivo p
ut pue
Burch
non se
nestum
Et ut p
cogant
Quid e
dam C
stes eru
venian
lariut
incrip
Parvu
Pape c
te xiv

Post Fabiani Papæ epistulas fragmentum extat, cujus initium est *Decernimus ut in omnibus*, ex codice XVI. librorum. Concilij Matifconensis secundi verba sunt cap. I V. non Fabiani, ut Burchardus *f* & Ivo *g* scribunt. Post Cornelij Papæ epistulas fragmentum cujus initium est *Quod ad nos attinet*, sumitur ex epistula tertia Cypriani ad eundem Cornelium. Mendosè apud Gratianum *h* ex Cornelij ad Cyprianum. (8) Aliud cujus initium *Honestum etiam videtur*, non Cornelij est, ut Burchardus *i*, Ivo *k*, Anselmus *l*, & Gratianus *m* scribunt, sed Capitularium Caroli lib. I. c. LXIII. quod Ivo alibi refert *n*. Est autem initium ejus capituli LXIII. *Habemus in lege Domino precipiente*. quod Hieronymo non rectè adscribunt Burchardus *o* & Ivo *p* & Gratianus *q*. (9) Quod sequitur, *Et ut pueri ante annos XIV. non cogantur jurare*, Burchardus, Ivo, Anselmus, & Gratianus non separant à verbis prioris fragmenti, *Honestum est*. In Capitularibus hæc verba sunt: *Et ut parvuli, qui sine rationabili etate sunt, non cogantur jurare, sicut Gunebodigni faciunt. C.* Quid ea vox significat? A. Finge hostes quosdam Caroli Magni fuisse. B. Mei quoque hostes erunt quoad eorum mentionem alibi inveniam. A. Ivo in panormia verba Capitularium refert, quibusdam exceptis, cum hac inscriptione: *Capitulorum libro primo ca. IX. Parvuli qui &c.* Et mox: *Ex dictis Cornelij Papæ cap. V. in Concilio Elibertano: Pueri ante XIV. annos non cogantur jurare.* Idem Ivo

K iij

f Burch. li. 5.
c. 24.

g Ivo par. 2.
c. 34. dec.

h Dist. 47. c.
ult.

i Burch. lib. 12.
c. 12.

k Ivo lib. 8.
tit. 8. c. 31. panorm.
& par. 12. c. 69. decr.

l Anselm. lib. 11.
c. 64.

m 22. q. 5. c. 16. Honestum.

n Ivo d. par. 12. c. 33.

o Burch. li. 12. ca. 2.

p Ivo par. 12. c. 59. decr.

q 22. q. 1. c. 12. Habemus.

Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 17. & 18. panorm.

r. Ivo par. 12.
c. 23. decr.

f. 22 q. 5. c. 14
Parvuli. & c.
15. Pueri.

t. Cæs. lib. 6.
cap. 16.

u. Ivo par. 6.
c. 87. decr.

x. Cæs. lib. 8. c.
59.

y. Ivo d. par. 6
c. 89.

z. Ans. lib. 7.
c. 139.

a. Dist. 81. c. 19
Ministri. &
c. 20. Cleri-
cus.

b. c. 21. Sed si.
e. dist.

c. Capit. lib. 7.
c. 144. in ad-
dit.

d. 3. q. 6. c. 17.
Si quis.

in excerptionibus r priora verba cum hac in-
criptione refert: *Capitularium libro I. capitulum*
IX. Parvuli & c. Et Gratianus s. ita scribit: *In*
primo libro Capitularium sic invenitur definitum: Parvuli & c. Item ex *Concilio Elibertano*,
Pueri ante & c. In libro Cæsaraugustano t ita
scriptum est: *Ex libro I. Capitulum Parvuli & c.*
(10) Tria Lucij Papæ fragmenta Clementi
restituenda sunt, ut Demochares animad-
vertit. Sunt autem in epistula secunda Cle-
mentis. Initium primi, *Ministri altaris*,
quod rectè Ivo u & liber Cæsaraugustanus x
Clementi adscribunt. Initium secundi, *Cle-*
ricus solus; quod Ivo y & Anselmus z rectè
etiam eidem tribuunt. Tertij initium est, *Sed*
si fortè aliqua; quod ab eisdem Clementis
esse dicitur. Duo priora Gratianus a Lucio
tertium Palea b adscribit. (11) Quod Xysto
minori adscriptum est, cujus principium fuit,
Si quis Clericus super quibuslibet criminibus,
rectè Eleutherio adscribit Ivo in excerptio-
nibus parte VI, cap. CCCXIX. & Anselmus li-
bro tertio capite XXIIX. Felicis quoque non
malè esse dicitur ab eodem Ivone cap. CCCXXII.
ejusdem partis. Idem habet Julius in epistu-
la secunda ad orientis Episcopos cap. XXV.
ex Concilio Nicæno, item Hadrianus ad In-
gelramum capite VIII. & interpres Novellæ
Valentiniani & Marciani *Neminem exhibe-*
ri, & Capitularia c. Gratianus Sixti nomen
adscripsit d. (12) B. Multos tu quidem ad-
fers in Notis ad Hadrianum horum & alio-
rum verborum adsertores. Sed impedita res

est, & quæ non facile explicari potest, quo pacto quæ à posterioribus Imperatoribus statuta sint, ea ab illis Pontificibus constituta esse dicantur qui sub duro paganorum imperio antea vixerunt. A. Multa sunt quæ temporum vetustas scire nos impedit, in quibus hoc ipsum enumeremus. Multa certa esse creduntur quæ falsa esse possunt, ut alia falsa credimus quæ vera esse posterius fortasse cognoscent. Nihil vetat credere Christianos Imperatores piis Pontificum decretis subscripsisse. B. Perge tu quod cœperas. A. Euty- chiano Papæ quædam falso adscribuntur; ut illud est cujus initium *Nihilominus etiam*, & aliud cujus initium est *Statuimus*. quæ Bur- chardus *e* & Ivo *f* & Gratianus *g* Eutychia- no tribuunt. Sunt autem verba Concilij Pa- risiensis sub Ludovico & Lothario lib. 1. cap. XLIII. (13) Quod sequitur, *Prædicandum est etiam*, Theodulphus Episcopus ad Presby- teros Aurelianenses cap. xxv i. sibi vindicat. Burchardus *h*, Ivo *i*, Anselmus *k*, & Grati- anus *l* Eutychiano inscripserunt. (14) Sic etiam ejusdem Theodulfi verba sunt cap. XIII. ad eosdem Presbyteros, fragmenti ver- ba cujus initium est *Observandum est nobis*; licet Burchardus *m* & Ivo *n* Eutychiani esse dicant. Est autem animadvertendum, con- venire numeros capitum Eutychiani apud Burchardum & Theodulfi. Nam quod supra diximus esse Theodulfi cap. xxv i. id Bur- chardus ait esse Eutychiani cap. xxvi. & quod postea Theodulfi est cap. xiii. ille Eutychia-

e *Burc. lib. 8. c. 17.*

f *Ivo li. 3. tit.*

17. c. 7. *pānor.*

¶ *par. 7. c. 38*

decr.

g *20. q. 2. c. 3.*

Statuimus.

h *Burc. lib. 12*

c. 14.

i *Ivo par. 12.*

c. 71. decret.

k *Anf. lib. 11.*

c. 65.

l *22. q. 1. c. ult.*

m *Burc. lib.*

14. cap. 10.

n *Ivo par. 13.*

c. 78. decret.

Ivo par. 12. c.
71. & par 13.
c. 70. & 71.
& 78. decr.

ni esse ait cap. XIII. Sed & conveniunt numeri in Conciliis relati ex libro xv i. librorum cum Burchardi numeris. Quæ enim fragmenta ex eo libro refert, eadem habet Burchardus sub iisdem numeris. Namque fragmentum *Magnum malum ebrietatis*, quod Concilio Maguntino cap. XLVI. restituendum est, habet Burchardus lib. XIV. ca. 11. Et fragmentum *Episcopi & Dei ministri* (quod est Concilij Remensis cap. XII. X.) habet Burchardus cap. III. ejusdem libri. Et hoc fragmentum *Observandum*, quod Theodulfi esse diximus, habet Burchardus cap. X. ejusdem libri. Ita fit ut quæ ex codice sexdecim librorum in Conciliis Coloniensis editionis sumpta esse dicuntur, facile apud Burchardum inveniamus. Ivo Carnotensis Burchardi opiniones in excerptionibus sequi solet. Sic eodem numeros Eutyechiani capitum refert & easdem inscriptiones. Fragmentum illud cujus initium est *Magnum malum*, Eutyechiano adscribit Pœnitentiale Romanum titulo v. cap. 1. Sed est, ut dixi, Concilij Maguntini. Habent Gratianus eadem verba aut aliorum fragmentorum post illud Theodulfi c. XXV. A. Non memini ea legisse me apud Gratianum. Sed surgamus. Alia enim urgent.

ADDITIONES.

(1) **D**E consecrat. distin. 2. capitis 30. *Sacerdotum*. in editione Romana inscriptio est: *Item Clemens Papa*. Et in Notis hæc sunt: *Extat caput hoc in synodo Eugenij secundi (ex quo etiam citat*

Anselmus) itēque in synodo Leonis quarti c. 33. & in 7. libro Capitul. c. 278. Et in margine: Concor. 6. syn. c. 69. Turonicum 2. c. 4. extra de vita & honest. Cler. c. 1. Ansel. l. 5. c. 78. Ad extremum verbum exercere additur in margine: *Al. exerceri. al. celebrari.* Capitis primi de vita & hon. Cler. inscriptio est: *Ex Concilio Maguntino.* Et in margine additur: *Cap. 13. ut refert Burchardus lib. 1. decr. c. 102. & Ivo par. cap. 137. Sed Antonius Augustinus in Notis antiquae compilationis cap. 1. eod. tit. ait hoc cap. in Conciliis esse ex Concilio Turonensi 2. c. 4.*

(2) Capitis quarti distin. 93. in eodem libro inscriptio est: *Vnde Anacletus & Zacharias Papa: Iuxta sanctorum patrum &c.* Et in margine: *Leo epist. 4. c. 7. Poly. l. 4. tit. 25. Ans. l. 6. cap. 164.* Et in Notis: *Hic est canon quartus synodi Romae habita sub Zacharia Papa, qua extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

(3) Inscrip̄tio capitis decimi *Si quis per capillum.* 22. q. 1. in eodem libro hæc est: *Item Pius Papa.* In margine hæc sunt: *Burch. l. 12. cap. 15. Ans. l. 11. cap. 72. Ivo par. 12. cap. 72.* Et pro voce *acerrimè* est in margine: *Al. à synodo. Burch.* In Notis: *Similima his habentur Novella 77. apud Iulianum Antecessorem, sed non prorsus eadem. Quare apud Ivo- nem Novella locus affertur par. 12. c. 32. Hoc autem caput refertur c. 72. ex decretis Pij, quemadmodum & apud Burchardum.*

(4) Ante caput tertium *Communiter definimus.* distin. 33. in eodem libro inscriptio est: *Item Pius Papa.* Et in margine hæc sunt: *Burch. l. 3. cap. 72. Ivo p. 2. c. 125. Poly. l. 4. tit. 31.* In extremo capite, ad vocem *liberati*, additur: *alieni] ceteri collectores.*

(5) In eodem libro distin. 11. capitis sexti inscrip̄tio hæc est: *Item Pius Papa I. in decretis, decreto septimo. Consuetudinem laudamus &c.* Et in margine est: *Burch. l. 3. c. 124. Ans. l. 4. c. 42. Ivo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23.* Et in Notis: *Verba hujus capitis, quod antea tribuebatur beato Augustino, leguntur in editione Conciliorum Colonien- sibus tomis inter decreta Pij I. decreto septimo & in*

epistola ejusdem Pij ex codice sexdecim librorum l. 3. capite 19. quam etiam citant Burchardus, Ivo, & auctor Pannormia: cujus tamen epistola omnia ferè verba habentur 1. lib. regesti beati Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & ea qua ad hoc caput pertinent referuntur infra dist. 12. cap. Nos consuetudinem.] Ejus capituli, quod octavum est, dist. 11. inscriptio est: Item Gregorius universis Episcopis Numidia lib. 1. epist. 75. Et in margine: Sup. dist. 11. c. Consuetudinem. Ivo p. 4. cap. 204.

(6) De consecrat. distin. 1. cap. 58. in libro Romano inscriptio est: [Item ex decretis Soteris Papa.] Palea. Vt illud divini oraculi &c. Et in margine hæc sunt: 7. q. 1. Illud. in Concilio Toleta. 11. c. 14. Burch. l. 3. c. 73. Ivo par. 2. c. 126. Capituli 15. Illud divini, 7. q. 1. inscriptio est: Vnde in Concilio Toletano XI. c. 14. Et in margine est: De cons. dist. 1. Vt illud. Burch. l. 3. c. 73. Ivo p. 2. c. 126. Et in Notis: Illud. In Conciliis impressis legitur, Et illud. In codice vero Lucensi regio, Væ illud. In duobus autem Vaticanis, Ut illud. Et sic est infra de consec. dist. 1. c. Ut illud. & apud Burch. & Ivonem. Capituli 16. inscriptio est: Item ex Concilio Toletano septimo c. 2. Nihil contra. In margine: Burch. l. 3. c. 70. Ivo p. 2. c. 124.

(7) Capituli 17. In cæna Domini. de consecrat. dist. 2. in eodem libro inscriptio est: Item Soter Papa ait. Et in margine hæc sunt: In Cabilon. 2. c. 47. Polyc. ibid. (hoc est, 1. 3. tit. 16.) Burch. l. 5. c. 20. Ivo par. 2. c. 30.

(8) Distin. 47. capituli extremi inscriptio est in libro Gregoriano: Item Cyprianus lib. 1. epist. 3. Cornelio Papa. Quod ad nos attinet &c. In casu: Ostendit Cornelius Papa in hoc cap. &c. Non rectè.

(9) Inscripção capituli 16. Honestum. 22. q. 5. in eodem libro est: Item Cornelius Papa. In margine est: Burch. l. 12. c. 12. Ivo par. 12. c. 69. & 33. Pann. l. 8. c. 120. Et in Notis: Ceteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papa. Extat autem libro primo Capitularium c. 63. nonnullis præterea verbis interjectis. Et inde refert primam hujus capituli partem Ivo par. 12. c. 33. Inscripção cap. 12. Habemus in lege Dei. 21.

q. 1. hæc est: *Item Hieronymus*. In margine hæc sunt: *Capitul. l. 1. c. 63. Burch. l. 12. c. 2. Ivo par. 12. c. 59.* In Notis: *Burchardus & Ivo citant ex dictis Hieronymi, apud quem non est inventum, sed in Capitularibus lib. 1. c. 63.*

(10) Gratiani verba sunt ante caput 14. *Parvuli. 22. q. 5.* in eodem libro: *De atate verò jurantium &c. De quo in primo libro Capitularium c. 63. sic invenitur definitum. Parvuli qui sine rationabili atate sunt non cogantur jurare, sicut Gunebodigni faciunt &c.* In margine est: *Ivo par. 12. c. 23. Pann. lib. 8. cap. 103.* In Notis: *Sicut Gunebodigni faciunt*] *Addita hæc (scribe, isthac) sunt ex originali Inscriptio capitis decimiquinti ejusdem quæstionis: Item ex Concilio Eliberitano. Pueri ante annos XIV. &c.* Et in margine: *Burch. l. 12. c. 26. Ivo par. 12. c. 81. Pann. l. 8. c. 104. & 105.* In Notis: *Burchardus hoc citat ex Concilio Hibernensi, ut alia qua Concilio Eliberitano tribuuntur.*

(11) In eodem libro inscriptio capitis 19. *Ministri altaris. distin. 81.* hæc est: *Item Lucius Papa.* In margine est: *Habetur in epistola 2. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. Ans. l. 8. c. 2. Poly. l. 4. tit. 31. Ivo par. 6. c. 87.* Inscriptio capitis 20. *Clericus solus.* ejusdem dist. est: *Idem.* In margine hæc sunt: *Clemens Papa ibid. paulò inferius. Ivo par. 6. c. 89. Ans. lib. 7. cap. 147. Poly. l. 4. tit. 31.* Inscriptio capitis 21. est: [*Idem*] *Palea. Sed si fortè aliqua &c.* In margine: *Clemens ibidem continenter. Poly. ibidem.* In Notis: *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur conjuncta capititi antecedenti.*

(12) Capitis 17. *Si quis Clericus. 3. q. 6.* in eodem libro inscriptio est: *Item Sixtus.* In margine hæc sunt: *Eleutherius ad Gallia provin. Felix I. epist. 1. in decretis Iulij c. 25. In capit. Hadriani c. 7. Ivo p. 6. c. 318. & 329.* In Notis: *Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum hujus nominis est inventum. In aliquot vetustis exemplaribus est tantum, Item, ut videatur citari eadem synodus Romana qua in superiori capite, id est, qua continetur in capitalis Hadriani. Ivo autem par. 6. c. 318.*

citat ex Eleutherio, cap. autem 329. citat ex Felice primo,

(13) Inscriptio capitis tertij *Statuimus.* 20. q. 2. in eodem libro hæc est: *Vnde Eutythianus Papa ait.* In margine est: *Conc. Paris. l. 1. c. 43. & Capitul. l. 1. c. 76. Concor. Burch. l. 8. c. 17. Ivo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194.*

(14) Est etiam capitis extremi 22. q. 1. in eodem libro inscriptio: *Vnde Eutythianus Papa. Predicandum est etiam &c.* In margine est: *Poly. l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 71. Burch. l. 12. c. 14. Ivo p. 12. c. 71.* In Notis: *Burchardus etiam, Polycarpus, & Ivocitant ex Eutythiano. Inventum verò est inter quoddam capitula Theodulphi Episcopi Aurelianensis ad suos Presbyteros scripti (Malo scripta) cap. 26. que in antiquo codice Roma habentur. Neque oret] Additum id est ex Theodulpho, Burchardo, & Ivone.*

DE EADEM RE.

Dialogus decimusquartus.

C. S U N T ne aliæ falsæ inscriptiones apud Gratianum? Nam de ceteris collectoribus nihil moror. A. Sunt quidem adhuc reliquæ non pauca. Vides enim nos in Eutythiano finem fecisse, & nunc de aliis Pontificibus dicendum nobis esse, item de Conciliis, de quibus nihil adhuc locuti sumus. Sed cur tu aliorum librorum emendationem præter Gratianum contemnis? An non illos scis priores fuisse & pænè ejusdem magistros? C. Fateor ita esse ut dicis. Sed cum hujus libri usus frequentior sit, hunc cupio habere maculis omnibus perpurgatum. A. Quid autem B. nostro videtur? B. Meam